

~~res. l. unest. de 1686.~~

N^o 20. 7^{da}.

Extraordinarias.

Dissertatio
de
Languine Miso.

Auctore
Thoma Lopez
Hispano-Lanariensis

"Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci"
Lectorem delectando, pariterque monendo." Hor.

Londini:

M Dcccxvii

3

Dissertatio,
de
Sanguine Misso.

Primum animus me tulit ad morbos epilepticos considerandos, et quidem omnes auctores medici ab exordio scientiarum nostrarum ad nostram statem usque, multa, de hac re summam protulerunt, sed naturam eorundem ideo curatio nem aptam adhuc ignotam quis non sensit?

Legendo defessus, et opinionibus et controversiis nihil instructus, me talia repetere vix cogere potui.

Hic mobilitate, ille sensilitate, alius aut viribus vitæ, aut facultatibus quibusdam non definitis, alii summam, alii singulis gaudent, nunquam ita sane generi profuturum humano.

Labor tamen in re utili semper bonus, nam quid desiderandum, mente percipimus, et quiddam vera, inter multa fallacia sese offerunt, utinam quidam ingenio proditus idoneo, huic rei vacasset.

Interca sæpi legi et audiri sanguine misso spasmos fieri, et quod mirum fuit, eodem modo, eodem tolli, de utroque facto nemo dubitare potest, sed cur ita eveniat, et quo inveniuntur cadaveribus epilepsiam aut spasmos interemptorum sectis, nihil pro certo habemus,

ad hanc rem illustrandam, quoddam pericula in canibus
facta, verum proferam.

Exp. I. mmm.

Canis valens arteriam cruris sinistri scindimus. Tantu-
soviunt, ejus luctamina et pulsus in crure admodum
incitatur, vix autem, ut videtur, dolore cruciatur, nisi
ubi primum pellis ferro leditur. Horâ post dimidiâ
arteria dextra scinditur, jam arteria prius secta pulsare
languide, et paucillum tantum sanguinis effundere,
mox quiescit prorsus factura, altera vero ferè ad mortem
micat. Cor vehementer movet, ictibusque totum
thoracem et abdomen turbat agitaturque. Artubus jam
frigentibus et signo omni doloris absente, cor adhuc
laborat, graviter spiritum ducit, exactâ horâ animam
effavit. Corpus incidentes medullam spinalem primò
patefacimus, quod pallet, nisi in partibus summis et
imis, ibi enim subrubra est: nervi contra inde exeuntes
candidiores, sed in media rubicunduli sunt visi. Sinus
venosi nihil sanguinis gerunt. Cerebrum propter
naturam pallidum. Meninge crassâ summotâ
sanguine ruberrimo parçè imbuta est, unum vas
coloris venosi per summum serpit. Cerebri medulla
ipsa candidissima, eque ac cuncti nervi propter opticos
et par primum, qui nervi tamen rubore leviter

imbuti sunt. Ventriculi aquâ adeò sunt obruti, ut
dubitaretur, an inter opus faciendum omninò effusa
esset, necnè, nisi postea eadem res evenisset. Pars cordis
dextra mollissima, in ventriculo sanguinis atrii et
concreti nonnihil, ventriculus sinister durissimus et
densissimus est. Auriculae ambo, et vasa pulmonis,
et solent. Aorta facies interna subrubra, rami
tamen ejus intus pallent. Ventriculus albidissimus.
In visceribus aliis, nil proter naturam observatur.
Omentum pinguedinis satis, sed sanguinis nihil
habet. In mesenterio sanguis parvus atque floridus.
Glandulae mesenterii nonnullae, liquore fusco sunt
plena.

Quod hic notatu dignissimum sit, palpitatio
cordis fortissima est, quae in statu corporis, tales affec-
tiones accidere possint, planè ostendit; admonet nos
quoque, ne temere judicemus de vigore sanguinis
motus per totum corpus parte, unâ tantum exami-
nandâ cui accidunt multa bene comperta, alias
enim morte pallidâ instante cor valde pulsabat, quasi
confinia thoracis rupturum, alias minoribus languen-
tibus majora vasa fortiter micant. Hisce rebus nonne
videmus cor arteriarum et auxilio et vigore egere? Par
fuit infirmitas corporis difficultati respirationis, et
pari passu ambo invaserunt, unde, quàm arcte
inter sese functiones connectantur vasorum, et pulmo-
nis, apparet. Inter cadaver secundum, ferè totum

corpus ex sanguine comperimus, precipue systema nervo-
sum; quæretur vero, cur vasis illis incisis tantum
sanguinis, et maxime venosi prorupisset?

Exp. II. am.

Canem parvum paravimus, cui vulnus fuit, inter
costas lateris dextri, quod vulnus pulmonem intraverat,
cum vero ad rem progredi, per totam hebdomadam
non fuisset locus, minime oger visus est. Arteriam
cruris sinistri aperuimus. Mirum in modum inci-
tatur spiritus et aer cum sonitu interea per vulnus
thoracis expulsus. Attamen vires cordis tarde et gradatim
deficiebant, etiam ad mortem usque; semel vero sanguis
impetu sane mirabili, propellitur. Sub pulsuum decessu
ione pro rata parte, vires spirandi etiam languerebant.
Crura quasi pandiculatione extensa et subducta, lingua
propulsa et retracta, alternis vicibus. Pupille quoque
multo ante mortem luci haud amplius parvere.
Hodie plus dimidio exacto, morte excipitur. Postero die
anatomicam facientes meningem duram sine colore
et translucidam notamus. Per cerebri faciem et
inter anfractus ejus, vasa rubra plura sunt visa.
Cerebrum totum ac nervi omnes humerent et pallent.
Plexus choroides valde rubet. Sanguinis nigri nihil
nisi in venis basilariis, quod tamen paucillum ferunt

Medulla spinalis eandem fieri speciem ac cerebrum
tulit, casus tamen infans tam scrutari vetuit.
De Thorace; pulmonem dextrum inflare nequimus,
sed pulmo sinister nil proter solitum monstrat.
Nil memoratu dignum, vel in corde, vel in vasis
magnis. In abdomine viscera fieri omnia ut solent.
Ventriculi macula rubra nonnulla, et in parte
internâ et externâ. Sanguinis floridi aliquantulum
mesenterio et omento horet. Colon contractum
esse videtur. Ileus quoque, digitis attractatum crepitum
edit. Vesica urinaria dura, contracta, lotio nullo.

Nemo dubitat, quin functio pulmonis sana
sentitati totius corporis quam maxime necessaria
sit; sed quo facilius sanguis in pulmonem admittatur,
et per eum ad cor redeat, eo plus nos et salute
et vito viribus frui, non omnes, ni fallor, intelligunt.
res tamen medicinam facienti vel facturo cognitæ
quam utilissima. Hoc animal vulnere thoracis labo-
rante, multo minus sanguinis ante mortem
perdidit; namque pulmone dextro male habente
mutatione sanguinis illâ quam vita perdit. Ita
impedita debilitas subito aucta est. Actiones abnormes
musculorum et qui voluntati et qui non obediunt,
evidentiores erant. Pariter enim et spasmi, et flatus
et murmura ventris aderant. Nonne docet hoc
periculum, in quibudam exemplis pulmonis morbo

laborantium; magnam sanguis copiam missam
egro nocere posse?

Exp. III um.

In arteriam subclaviam canis cujusdam parvuli
incidimus. Arterio ilico incitatus, ut primis cxxx et
non multo post CLVI in puncto temporis pulsus
idantur. Cor languidum, satis ad normam micat,
multo ante mortem quiescit. Quarta parte hord
vix peracta, pupillo contrahere cessant. Spiritus fere
statum tardus est et gravis, tum quoque collum
paullulum torquetur. Parte hord tertia mors subit.
Cadaver incidentes nil proter modum in pulmone,
trachea, aut gula vidimus. Cordis pars dextra vacua
et flaccida, vena fere omnes sanguine nigro pleni.
In parte cordis sinistra et in aorta abdominis
fusus sanguinis haud multum. Abdominis viscera
fere omnia pallent, lien et pancreas maculis
lividis maciuntur. In mesenterio et omento, vasa
plura nigra et rubra sunt. Pars minima unius
virescentis in os erat mutata. Nervi nusquam
non albi et nitidi. Cerebri menix crassa, colore,
velut in periculo superiore, caret. Sinus fere omnes
sanguine intus infecti. Vasa plura et rubra et subnigra
per cerebrum serpunt, plexus choroides bene rubet.

9
Cerebri facies externa ubique sero madida.
Medulla spinalis rubor quidam, eque ac nervorum
omnium, prosertim in ima parte. Involucra ejus
externa fere absque colore. Sanguis sive niger sive
fuscus deest.

In hoc exemplo citior et major pro-
tractio virium, et vita brevior, quae finita est.
Arteria subclavia vertebralis, velens, vulnerata
ut cito caput quodammodo afficiat, fore credendum.
Cur pulsus cordis et arteriarum tam cito creberrimi
facti sunt? Cur plus sanguinis venosi quam
antea relictum?

Exp. IV um.

Canis cujusdam minimi, arteriam caroticam
dextram secamus, mediam apud cervicem.
Vehementer prosiliit sanguis, plures pedes pro-
pulsus. Hord parte tricesima, defecunt vires,
nec postea revocantur. Cordis motus debiles, finit
satis vero ad normam, fortiter trahitur spiritus,
musculis enim pectoris, diu ante mortem spas-
morum more sese contrahentibus. Corpus quasi
per horrorem jactatur, nunc curvum, nunc horrectum,
quod quidem diu ante vitam finem, paulo ante,
spiritus ranciscens, et egro tractus. Gulatus miseri

primo acuti, sensim languescunt, demum vox
querula et debilis emittitur, brevi os et artus
frigescent, et parte hora tertia, obiit, crura
eodem tempore flaccida erant. Corporis examinatio
anatomica faciens, viscera abdominis satis rubra
invenimus. Hepar colore splendidulo, molle, bene
compactum. Milien quoque et pancreas ruberrima
Parum adipis ~~comento~~, vel mesenterio adhoret,
abundant mesenterium tamen, et venis et arteriis
sanguinem ferentibus; dum illud nihil tale probe
Sanguine haud prorsus carent intestina, perro
ilia aliquantulum contracta tres quatuorve lumbi
ricos includunt. Vesica urinaria rugosa videtur, et
lotii expers. Modum sanguinis sates amplum
tenet vena cava, aorta quoque etsi ipsa albidula,
grumos quosdam, parvos, nigricantes, continet.
Pulmo colapsus subrubens, inflatus fere albus.
Vena cava, thoracica, arygosque sanguinis modicum
habent, et vena jugulares nihil tenent. Ad cerebrum
accedentes meningem crassam ~~ine~~ colore reperimus,
atque translucidam, nisi juxta falsam, ibi enim
et leniter adhoret, neque sanguis omnino deest.
Ventriculi laterales, seri vim magnam claudunt.
Plexus choroidei pallidi, vena quidem una plena,
per corpus callosum serpit; quin et per anfractus
cerebri plures, vasa rubra pauca notantur. Nervi
albidi; per opticos solum, vasculum unum et

alterum visum. Nullus prorsus sanguis in quovis
capitis sinu restat. Quod ad medullam spinalem
attinet, medulla summa et ima rubicunda, tunica
epus externum maxime. Sanguis venosus omnino deest.

Bichat dicit, se experimentis compe-
risse, vasa sanguifera curva, nihil ideo sanguinem
vi cordis morcentem impedire; sed illum errasse prop-
terea apparet, quod arteria carotide scalpello aperta
magna vis sanguinis protinus effluxisset, et factus
canis uno impetu quasi semianimis esset; subclavia
aperta eadem non evenissent et hac etsi magis
curva, a corde non plus distat; nam ille anatomicus
hanc rem explorans, vasa corde remota, intestinorum
nempe praecipue ~~g~~ seligit. Ut postea videbimus quid
carotidâ aperta, multo majorem sanguinis vim
effusam quam aortâ abdominis ipso aperta.

Plerisque organis ut visum erat excepto
cerebro sanguis defecit, exsangues fere nervi et
madidi. Arteriis incisis fere semper sanguis niger
vel colore venoso cerebrum, exemplis hic prolati
reliquit, quid est facti ratio?

Venas cruris majores alicujus canicula incidimus. Initio pulsus incitare, mox autem tardari copit et languere, porro cordis motus etiam si debiliores, nequaquam vero fiunt abnormes, qui sonie diu ante mortem vel percipi vel videri nequeunt. Cito incitantur borborygmi, diuque somnum edere perstant. Cum tamen spiritus primo citius tantum ducitur, paulo post producitur, laborat, postremo convulsive trahitur. Pupillas sope spectamus, gradatim minus minusque luce admota, sese probent contrahi; donec vita fieri peracta, affici plane nequeant. Distensionibus jactari cruris primum; deinde abdominis muscoli, necnon apud cervicem ades oriuntur spasmus ut huc et illuc torquentur cervix ipsa, caput atque crura anteriora.

Modo somnus quasi altior miserum excepit, egre atque lente spiritum trahit, quem quidam paulo ante mortem, per intervalla trahere prorsus desinit. Quod si quando valebat spiritus, nequaquam torpebant pupille, sanguisque vehementius propellitur. Hora consumpta, animam efflavit. Rigiditas nonnulla in cruribus, prosertim anterioribus. Corpore dissecando a capite incipientes, membranas cerebri exteriores venis scatere deprehendimus, quarum precipue

sanguine nigrescente tument. Spatium porro satis amplum, prope coronam, vasis rubris refertum. Sinus capitis omnes, aqua, plus minusve onerantur, aqua quidem inundantur, partes cerebri inferiores, nervique plexus octavi et noni, proterea vasis more recticuli dispositis, rubent; eandem fere speciem præstant nervi oculorum: medulla spinalis vasa in cervice et lumbis cerebri referunt. Satus bene se habent et trachea et gula. Quod vero ad thoracem attinet, pulmo nihil mali ostendit. Pars cordis dextra sanguine ut solet referta, auricula sinistra paululum quoque tenet. Sanguinis in majoribus venis nonnihil reperitur, in aorta thoracis grumi insunt nonnulli. Tument ventriculus flatus, eque ac intestina omnia. Vena mesenterica sanguine abundat.

Vena inguinum summa hujus animalis, inciso, citi non cito mortem, cito tamen, infirmitatem ultimam inducunt, cor egre movens, facies languida, functiones fieri omnes perturbatae, apoplexiam quandam mors superveniens; cuncta denique idem demonstrant. Vena capitis interni, maxime turgida, hic notatu dignissima sunt; ubique vena corporis sanguine tument. Ventriculus et intestina abdominis cetera, flatus distenta, infirmissimis fieri semper molesta

sunt, et evacuationes omnes ut bene cognitum,
nimias comitantur; grandævis, vel quibuscunque
febre longâ, alvo sine nimis soluta, sive adstricta
aut fluxu sanguinis quovis laborantibus, hoc
malum eisdem est plerumque dolori.

Exp. VI. um.

De cane valido et triginta circiter menses nato,
periclitamur; venis jugularibus nudatis, eas sub
expirationem valdè tumere notamus, et vice versâ,
venis illis libere sectis, sanguis vi^{is} signi prorumpit,
viresque fere statim deficiunt. Sectione vix peracta
cor strumè et acriter micat, et gravis anhelatio.
miserum vexat. Modo distensiones nervorum gravæ
collum, caput, dorsumque torquent. Post hord
partem tricesimam, pupillæ contractio nulla,
oculique binè nasum versus intorti. Ad partem
hord decimam, versus occubuit. Primo cadaveris
thoracem aperuimus. Pulmo albus, maculis diversæ
coloris infectus, labes in septo transversò magna,
nigerrima. In corde, nil, solitum proter modum,
notatur, vena omnes thoracis, colli, et capitis,
sanguine tumunt, porro aorta, et rami ejus
maiores, intus sanguine suffusi. Non in abdomi-
nis visceribus nullis, macula, nigra, maxime

15
autem hepate et splene, eademque infirmissima et
in locis maculatis corrupta. A ventriculo usque,
intestina, aëra plurimum includunt. In mesenterio
et omento, pinguedinis satis, sanguinis parum.
Cerebri facies externa, fere eadem ac in periculo
proximo, vena plures tamen jam conspiciuntur,
et omnia aquâ sunt obruta. Per parem quartum,
plexus ruber obductus est. Per octavum etiam et
nonum colore non prorsus caret. Trunci, in sinu
sunt omni. Tunica medullæ spinalis sunt ruberrimæ,
maximèque illa externa: nervi etiam fere omnes
vasis rubent: seri solito minus ubique effusi.
Sinus venosi sanguinis concreti nonnihil ferunt.

Cur tam subito fato succubuit hic canis, quasi
fulmine ictus?

Non ratione sanguinis missi
eventus fuit. Omnia signa illico cerebrum comp-
ressum declaravere; quod profecto inspectis cadaveris
confirmabit.

Adeo timebant sanguine, crani
et spinâ inclusa, ut qui non talibus observatis
instructus fuisset, animal sanguine servari misso
potuisse diceret. Haud alienum videtur hic monere,
in omni cane sanguinis fluxu interempto, serum
nusquam non per cerebrum, cerebellum, spinâ
medullam, et nervorum initia esse inventum;

ita plane discimus cur tam sope intra cranium
explorantes, et vasa turgidissima et aquam effusam
observant, et quae in apoplexiis tam sope vena
sectis expectationem fecerunt.

Exp. VII^{ma}.

Vena jugularis dextra canis haud natu magni secta
est: sanguinis magna vis per horam partem sextam
postea lente effluxit, porro respiratio adeo incitata,
ut spiritum CXIV, CXXVIII, CL, et demum CLXXX in
sexagesima parte horae traxerit. Respiratione citata
sanguinis fluxus vel parvus vel nullus, spiritusque
frigescit, hac vero minus citata illi quoque magis
ad modum fiunt. Pars vena superior citius quam
inferior sanguinem mittere desit. Cordis motus
primo incitati, non multo post et languidi et
tardi; interdum plane quiescunt. Dimidia plus
hora, venam iterum incidimus, quod nullum
tamen dolorem afferre videbatur. Oculi acies cito obtusae
et non multo ante mortem, pupillo etiam non moventur.
Totum fere corpus, spasmus torquetur. Hora una cum
triente absoluta, vitam finit. Anatomicam facientibus,
corpus totum contortum videtur. De abdominalibus visceribus
ventriculi et intestinorum color ut solet, intestina flatibus
quam plurimum includunt, rectum vero contractum

et rugosum, sicut etiam vesica urinaria. Vena cuncta et
thoracis, et abdominalis, sanguine tumens. Cordis pars
dextra, sanguinis fluidi multum tenet, pars sinistra
etiam et aorta nonnihil. Venarum numerus sane
magnus per cerebrum et per meninges visus.
Aqua multum ubique effusa. Nervi fere omnes
pallent, pars octavam eandem fere speciem, ac in
periculo proximis. Sinus omnes sanguine aquoso pleni.
Medulla spinalis membrana, et nervi plerique vasis
abundant, et rubris, et subnigris.

Huius animalis spiritus celerissimus
factus est et frigidus, interea tamen sanguinis fluxus
cessabat, et corpus totum frigescerebat. Temperiem autem
animalium omnes uno ore fere horum temporum,
aere intra pulmonem chemice solum mutato, non
pendere, consentiant, sed vires cum vitiis nervis et
genere nervoso toto, quodam modo (etsi adhuc incognito)
arcte conjunctas, omnibus vivorum functionibus imperare.
Os vena superius, nullum sanguinem dedit, fluxu
eiusdem ab inferiore non interrupto, quam ob
causam quodrimus? Quo plus sanguinis, eo plus
facultatis sentiendi perdidit, quod res in hoc animale
conspicua fuit, nam intra semihoram, scalpello
iterum admoto, dolorem nullum cepit. Sanguine
utique vitiatis, aut nimis amisso, affectus omnium,
quod corpora viva concitent, mirum in modo minuentur.

multa sanè eodem pertinent. Detur alicui sanguine
misso, et animo jam deficiente, res quolibet potentior,
veluti alcohol, opium, digitalis, quid evenire videmus?
Pulsus cordis, et arteriarum deficiens, paucellam
augetur, et calor lenis per corpus totum sensim
diffusus, remediis repetito, color qui primum minimè
nunc vero constat. Idem dici potest de typho malo
periclitante. Si sumperit sanus talia medicamina,
longe aliter evenire quis ignorat? Cur tam tardè hoc
in casu subit mors?

Exp. VIII am.

Sub noctem, catuli validi aortam abdominis peric
dividimus. Pariete sinistro interciso, viscera omnia
mobilia protendantur. Vas serquidigitum supra
intum iliacorum communium secernimus. Effluxit
sanguis impetu magno, protinus motus cordis
debiliores facti sed ad finem usque oquales. Spiritus
simul tardus et gravis, ore aperto, capite antrosum
levato tractus: quasi animal aëre inhalandum
desideravisset. Quintam decimam hord circiter
partem, pupilla non movendo, dilatata sunt,
tamen oculis splendor manet. Decima hord
parte perit.

Primo viscera abdominis spectavimus

19
Vasa rubra et subnigra ut solet, ubique apparent,
in jecinore autem vena cruorem coactum continens.
For versus, vena cavo. ascendenti sanguis coactus inest,
pariterque lateri cordis dextro. Quod ab latus sinistram
multo cruore coacto distensum invenimus, in aorta
quoque, cruor satis prope ad partem sectam. Pulmo
(maximè aëre inflatus) palidus, vena tum epi, quam
thoracis interni, sanguine minimè vacant. Capite
aperto, dund matre intus madida, ab exteriori facie
paucula vasa sunt rubra. Sinus majores sanguine
tument. Vasa utriusque coloris, tunicas alias pervadunt,
plexus choroides pallescit, ventriculi nequaquam
sicci; ventriculus quartus sero plenus, serum adest
itidem in cerebro, circa nervos opticos, necnon par
octavum et accessorios. Vena majores subnigra,
minores autem subrubra par secundum et quartum
ab initio opprimunt, et rete quasi vasorum rubrorum
pari octavo, et accessoriis obducitur. Canali spin
aperto. Facies D. M. exterior feri ut cerebri visa,
quâ tunica summatâ, ad summam medullam,
multa vasa tunicarum reliquarum subia, deorsum
paucula et minus rubra sunt, prope ad imam,
majora et eorum etiam paucula subnigra. Paululum
seri intra D. M. prociue ad partem imam.
Nervi plerique ex sanguine. Tunica adiposa fusca, et
sinus venosi intus sanguinem dilutum haud ita
multum habent.

Hic vires cito et equaliter fractæ, cur tum cor
sinistrum coacto sanguine, quum aorta propè ad
partem incisam usque, repletum fuit? cum
quidquam cordis moventi obstiterit, parietes ejus
eadem ratione crassas et validas reddi optime
cognitum est, sed hoc ex experimento, cor et aortam
videmus plenam, obice omni remoto. Quod arterias
cordi resistentes, ut cor ipsum suo officio fungatur,
necesse esse docet. Platus intestinis absuit ut in
aliis ferè omnibus arteriâ incisâ interruptis.

Exp. IXum.

Canis abdomen, latere dextro incidimus; intestina
mobilia et si protusa à ferro minime sunt lora.
Venâ cavâ nudatâ, incisâ pollicem longa, ubi
venæ venæ accedunt, facta est, sanguinis fluxus
protinus magnus, non multo post minor, deinde
nullus; sope renovatur vi tamen minori; fluxus
sanguinis interrupto, orificio venæ adhuc aperto, cor
vide movit. Sub vitæ finem spiritus ore trahitur
capiteque levato et ore aperto, vox querula et debilis,
sed non sponte, canis redditur. Ad mortem ferè,
sese contrahunt pupillo, sed tandem oculi tenebris
damnati, spasmo torquentur. Artus, vultus, et aures
cito, et multo ante mortem spiritus quoque frigescit

21
Pectoris et colli musculorum, prosertim sterni-
maritæ, spasmis validi adfuerunt.
Craniò aperto in cerebri facie externa vasa
plurima et rubra et corulea sunt visa. Ad apicem
nota sanguinea fuit magna. Sinus omnes
sanguine aquoso sunt pleni. Cerebrum externè
madet, ventriculi cuncti sero pellucido tumant.
Ad radicem IIⁱ IIIⁱ et IVⁱ pars nervorum, plexus
vasorum rubrorum obducitur, et seri haud ita
multum effusam. Ita se habent et par octavum
et nervi accessorii. Plexus choroides sanguine
minimè vacat. Medulla spinalis et D. M. ejus,
pars summa bene rubet. Nervis cervicis, et dorsi
superioribus exituris, vasa rubra multa sunt obducta,
cetera cuncta pallent. Sinus venosi sanguine sunt
pleni. Cordis latus sinistrum minè durum, grumos
fuscas continet, latus dextrum ut solet. Pericardium
multum madet. Vasa rubra et subnigra plena,
per mesenterium et intestina fuerunt. Glandulae
colli et mesenterii maxime tumide. Ren dexter
sinistro, tertio parte major. Canis hujus mors,
omnium haurissima fuit. Sanguis simul ac sectio
fuerat facta, magno impetu exiit, cur hic quæso tam
vera, quoniam aortâ et juguli venis sectis tam
cita mors subiit? Debilitas, rationem sangui-
nis missi superavit, nam corpus animalis cujusque
arteriis incisâ non solum multo plus perdidit,

sed omnino ferè sanguine privatus fuit, ad ea accedat
quod de hoc periculo alienum meminisse non sit,
fluxum sanguinis, corde adhuc vite movente, fuisse
interruptum. Liceat dicere quam mirè signa animalis
vite perpetuè, visis in cadavere responderent.
oculorum, quas spasmus, quorumque pupillas torpor
afficerat, nervi vasis rubris et aqua, apud radices
compressi fuerunt, collum totum et retractum,
sinusculi costarum spasmus quasi moverant,
nervi dorsi, parii octavi, et accessori, vasa rubra
istidem adfuerunt.

Quod querendum erat, sum-
marium earum, quæ res experimentis nostris
comperto docent, placè absolvit, ut summarium
scilicet habeto.

Sanguis arteriâ sectâ missus,
molem sanguinis venosi maximè minuit, igitur
arteriâ secta est utenda, cum vena tumeat.

Arteriarum sanguis detractus,
neque respirationem subito, neque cordis motum,
neque vires corporis totius frangit, igitur ubi
incolumnes functiones precipuas servare oportet,
arteria incidatur.

Inter sanguinem arteriarum
mittendum, distentiones nervorum nullo, itaque
contra tales affectiones, maximè ponderis arteriâ secta

23
Sanguis autem venâ secta missus, non maximè
sanguinis venosi molem minuit, magnopere tæpe
respirationem, cordis motum et vires corporis cunctas
frangit, et venas turgidas, nervosque distentos facit;
igitur venæsectio in motu sanguinis per totum
corpus vatisissimè, plurimum proficiet, ut in
omni inflammatione activâ dicta: cautis ceterum
semper adsit, ne sanguine nimis perduto spasmus
orti fuerint.

Si sanguis plurimus sive ex
arteriâ, sive e vena effluerit, aqua intra caput
effunditur, idcirco in utroque mittendo, summa
sit cura ne lingua frigescat aut pupillo
dilatemur.

Quo signa sunt aqua effuso?
In utroque quidem casu, quamprimum cordis
pulsus celerissimi et debilissimi facti fuerint, missionem
sanguinis sistendum est.

Tandem verò didicimus, plurimum
inter sese differre missionem sanguinis arteriosi, et
missionem sanguinis venosi.

Optimam semper cadavera
morbis intersectorum, curâ idoneâ et animo, ut
res poscit, attento, explorata fuissent, veram
morborum cognitionem, ideoque curationem

aptam habuissimus; hac arte neglecta, satis est,
nostris temporibus, natiocinationis; sed, pro pudor!!
medendi scientia parum. Cum enim dolor intus
incidit, scire quid doceat, is, qui quomodo viscera
mutari aut corrumpi potuissent, non viderit, et
curari potest ab eo qui quid egrum sit, ignoret?

Neque esse crudele, sicut multi
proponunt, brutorum animantium, et horum
paucorum necesse, remedia generi humano secul-
orum omnium quidri.

Finis.

Londini:
Novem^{bris} 28
Anno Dom. 1817

J. L.

N. 30 Broad Street Buildings